

Carolus V. Divina favente Clementia Rom. Imperator semper Augu-
stus, ac Germaniae, Hispaniarum, Utriusque Siciliae, Hierusalem, Un-
gariae, Palmarum, Croatiae, & Rex Archidux Austriae, Dux Burgun-
diae, Brabantiae, & Comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, &c. Serenif-
simo Principi Domino Sigismundo Regi Poloniae, M. Duci Litvaniae
& Fratri amico & consanguineo nostro carissimo salutem et frater-
nam amoris perpetuitatem. Serenissime Princeps frater, amice, et consan-
guineus noster carissime. Quae Vrae Srtas ipsius ad nos literis, quas
oratori suo magifico, sincero, nobis dilecto Acatio Lehmae Marium-
burgensi Capitaneo Schimmensi ad nos dedit, quaeque ille de reduendis
in gratiam rebellibus nostris, et quietioribus consiliis amplectendis copi-
osa atque disertis oratione explicavit, ea omnia et intelleximus liben-
ter, et in meliorem partem a Vra Srtate accepimus, haud ignari quanti
interit Reipublicae Christianae, hae praesertim tempestate, ne Chri-
stiani inter sese armis certent: ac interim recte existimavit Srtas
Vra, nos non absque gravibus et justis causis inductos ad arma sumen-
da in rebelles nostros subditos, quas causas ubi peritus rescivisset Se-
renitas Vra, qua est aequitate praedita, dubio procul non justas modo
verum etiam necessarias, atque adeo inevitabiles iudicasset. Nam quid
opus est hic commemorare, quae jam olim Joannes ille Fredericus, qui
se Ducem Saxoniae Electorem vocat, et Philippus astrictus Habsburgiae Lamb-
facionis Dux et Ante signari in reliquos Imperii ordines et subditos,
in sacra atque profana omnia sibi ipsis permisissent. Quandoquidem
horum funesti ac perniciosi conatus, impusiones, violentiae, magna ex
parte tibi notae sunt, et multorum, ne dum principum, sed ex omni
hominum genere, calamitates, exilia, carceres, ruinae ostendunt, testantur
sacrarum aedium profanationes, gemis suppressa horum studio et
opera jurisdictio nostra suprema in Imperio; quibus rebus etsi diu
antea, ut modum adhiberemus officii nostri ratio nos submoneret, tamen
omnia tolerare, omnia alia remedia prius experiri maluimus, quam
ad arma devenire: sed illi hae nostra lenitate abusi, atque inde mul-
to insolentiores redditi, animum ad majora adjiciunt, ac non contenti
primis violentiis, rapinis et sacrilegiis, reliquum quod superest Im-
perii Ordinum suae Tyrannidi subijcere conantur; ac ne nobis locus
ac facultas detur, qua eorum violentis conatibus insitamus, collectis
illico copiis, de quibus jam antea in eorum conventiculis inter eos
convenerat, primum Srtas Fratris nostri Romanorum Regis et aliquot
Principum Imperii ex eorum numero, qui nobis dicto audientes sunt,
ditiones invadunt, castra et oppida aliquot tum illorum, tum nostra
et Imperii occupant, inde arma in nos ipsos movent, id quod se factu-
ros jam antea haud obscure jactitabant: quamvis Deo dante funesta
haec illorum consilia parum feliciter illis cesserit. Omittamus hinc li-
bellos famosos conflatos ex evidentissimis mendaciis ac figmentis, poe-
mata, picturas quibus nos, famam et honorem et existimationem nostram
per

ad ministrum, et eius partis quae regim...
relicta est Procuratorem, no ut in sua rem vertat omi-
a, non ut sibi fructus omnes vendicat, no ut per vim op-
pida mōis ejus illis occupet, quod de oppido Sza fet fa-
ctu accepimus, sed ut quibuscumq; rebus opus habet mōas
Reginalis, de ijs illi, pro eo ut dignitas illius pertulbat, pro
videat.

per omnes mundi plagas miris modis traducunt, proscindunt, lacerant;
et exquisitis technis dant operam, et cum illis reliquum Germaniae lon-
gipiret; atque adeo cum illis rationibus, tum aliis omnibus in rebus
tales sese ostendant, ut satis appareat, nihil minus eos cogitare,
quam de his rationibus, quibus illis reditus ad gratiam paratur. Itaque
obscure injuriarum nostrarum oblivisci poteramus, tamen communis li-
bertas Germaniae, cujus singularem temper usam gerimus, et Imperii
aliis dignitatis et functionis nostrae ratio, ac fratris nostri, multorumque
Imperii ordinum ab his seditiosis acceptae injuriae, et hujus denique
Germanicae nationis publica salus, a nobis modis omnibus contendunt,
ut susceptam ultionem semel armis prosequamur; quam tamen Deo dante
te ita temperare intendimus, ut plane temper testemur, nos humani
sanguinis minime cupidos esse, atque ut orbis cognoscat, nos non tam
voluntate, quam necessitate ad bellum hoc coactos esse, a quo certe libe-
nter abstinuissimus, si hostium improbitas decessisset. Neque vero a-
liud quidquam tota hac expeditione quaerimus, quam ut pacata Ger-
mania, constituta ratione justitiae in Imperio, dignitate nostra salva,
animum ad ea consilia adhibere possimus, per quae Respublica Chris-
tiana adversus illius hostes, communi aliorum Regum et Principum
consilio, viribus, auxiliisque defendatur, cui rei vires ac facultates no-
stras omnes vitam denique ipsam haud gravatim impenderimus; pro-
ut haec omnia *Patris Prae Oratori* fusius explicuimus. Quod super-
rest Serenitatem Vestram diu incolumem vivere et rebus istius Reg-
ni sui feliciter praeesse optamus. Datum in castris nostris ad
Apmanshoffen Die undecima mensis Octobris Anno 1546 Imperii
nostri XXVI et Regnorum nostrorum XXXI.

507

73

ostia

que-

ius.

corut,

Di-

nt.

ua

imi

of-

erect.

et

lice.

am

ae

rapit.

ad

bovel.

Pran,

e, no

e

ua

Administrum, et eius partes que Reginae in p^{ro}uinc^{ia} e^{ius}
 relicta est Procuratorem, noⁿ ut in sua^m rem vertat omni-
 a, non ut sibi fructus omnes vendicat, noⁿ ut per vim op-
 pida m^oris eius illis occupet, quod de Appido Iza fact^u fa-
 ctu accepimus, sed ut quibuscumq^{ue} rebus opus habet m^oras
 Reginalis, de ijs illi, pro eo ut dignitas illius pertinet, pro-
 videat.

[Faint, illegible handwriting in a large rectangular frame]

[Faint, illegible handwriting in a large rectangular frame]